



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1525. usque ad annum 1529

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118480**

De Fide & operibus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66472](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66472)

Sæcul. XVI. *tiam se præparet, quæ tandem accepta sit*  
 A.C. 1528. *ad vitam æternam. Neque tamen tanta*  


---

*gratiae necessitas libero præjudicat arbitrio,*  
*cum illa semper in promptu sit, nec mo-*  
*mentum quidem prætereat, in quo Deus*  
*non stet ad ostium, & pulset, ut intret*  
*in cor, nec denique tale sit trahentis Dei*  
*auxilium, cui resisti non possit. Frustra*  
*enim Stephanus Judæos duræ cervicis ar-*  
*gueret, qui semper Spiritui sancto resiste-*  
*rent. Frustra Paulus Thessalonicenses ad-*  
*moneret, Spiritum ne extinguerent, si di-*  
*vinis inspirationibus homines inevitabiliter*  
*raperentur. Trahit quidem Deus, sed non*  
*vi, non unco raptamur. Prædestinat, eli-*  
*git, vocat, sed eos demum adultos glori-*  
*ficat, qui in fide & charitate radicati per*  
*bona opera certam suam vocationem, ele-*  
*ctionemque fecerint.*

### De fide & operibus.

Sextum decimum Decretum agit de fi-  
 de & operibus. Lutherus enim ita u-  
 nius fidei patrociniū suscepit, ut solam ag-  
 noscat, opera rejiciat, & condemnet. Ve-  
 rum si recte perpendantur, quæ pro fide pro-  
 ducuntur ex Scripturis testimonia, reliquæ  
 virtutes non excluduntur, præcipue Chari-  
 tas, quam D. Paulus multum extollit. At  
 Charitas non est otiosa, sed per bona opera  
 jata-

fatagit, ut certam vocationem nostram, electionemque faciat. Non justificat igitur sola fides, sed magis charitas, nec quævis opera peccata sunt, sed eatenus adultis ad salutem necessaria, ut meriti quoque rationem non respuant. Ut denique Synodus hæc Decreta solidis initi fundamentis ostendat, triginta novem errores recenset, qui illis opponuntur, postea vero Principes adhortatur, ut contra hæreticos fidei suæ zelum adhibeant, cujus exemplum ut ipsamet illis exhiberet, omnes in ejus Provincia constitutos, qui tam impia dogmata ausu temerario asserere, docere, vel scribere præsumpserint, sententia excommunicationis innodat, necnon & eos, qui illis auxilium, consilium, aut favorem quovis modo fuerint impertiti. Sub eadem quoque pœna omnibus inhihet, ne Lutheri libros sive Lutheranorum quorumcunque retinere præsumant, qui ad pestilentem doctrinam promovendam conscripti sunt.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1528.

§. XCII.

*Decreta hujus Concilii ad mores, & disciplinam pertinentia.*

Eadem Synodus plura adhuc condidit statuta de moribus & disciplina, quæ quadraginta articulis comprehen-

B b 4

dun-